

Folium primum.

Hymnus de fide christi: quē sc̃tus Ambrosi⁹ vna cū Augustino post adeptā sacri baptismat gratiam: pro dei laude et debita gratiarū actione: alternis versibus Ambrosio edente priorem et Augustino subsequētem: exultantibus animis decantauerunt.

Ambrosi⁹. Deum laudamus.
Augustin⁹. Te dominum confitemur.
Ambrosi⁹. Te eternum patrem omnis terra veneratur.
Augusti. Tibi oēs angeli: tibi celi et vniuersę potestates.
Ambrosi⁹. Tibi cherubin et seraphim incessabili voce proclamant.
Augusti. Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth.
Ambrosi⁹. Pleni sunt celi et terra maiestatis glorie tue.
Augusti. Te gloriosus apostolorum chorus.
Ambrosi⁹. Te prophetarum laudabilis numerus.
Augusti. Te martyrum candidatus laudat exercitus.
Ambrosi⁹. Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia.
Augusti. Patrem immense maiestatis.
Ambrosi⁹. Venerandum tuum verum et vnicū filium.
Augusti. Sanctum quoq; paracletum spiritum.
Ambrosi⁹. Tu rex glorie christe.
Augusti. Tu patris sempiternus es filius.
Ambrosi⁹. Tu ad liberandum suscepturus hominem nō horuisti vir-
 guis vterum.
Augusti. Tu deuicto moris aculeo aperuisti credētib; regna celoz.
Ambrosi⁹. Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris.
Augusti. Iudex crederis esse venturus.
Ambrosi⁹. Te ergo quęsum⁹ tuis famulis subueni: quos precioso san-
 guine redemisti.
Augusti. Eterna fac cum sanctis tuis gloria munerari.
Ambrosi⁹. Saluū fac populum tuū domine: et benedic hereditati tue.
Augusti. Et rege eos et extolle illos vsq; in eternum.
Ambrosi⁹. Per singulos dies benedicimus te.
Augusti. Et laudamus nomē tuum in seculum: et in seculum seculi.
Ambrosi⁹. Dignare domine dei fili sine peccato nos custodire.
Augusti. Miserere nostri domine: miserere nostri.
Ambrosi⁹. Fiat misericordia tua domine sup nos quemadmodum spe-
 rauius in te.
Augusti. In te domine speraui non confundar in eternum.

Finis.

**Sermo sancti Ambrosij Episcopi: fact⁹ post
 Baptizatus et nouis vestib⁹ indutus fuit Au-
 gustinus.**

Alud his diebus contigit humanissimi vidistis: quibus dñi nostri iesu christi summā potestate et clementiā intelligere potuim⁹: mēorēq; mādare debemus q; in nullare magis christiani gratula- ri possumus q; q; hoc tpe et etate nostra mirandū oculis no- stris vidim⁹. Diuine clemētie innumeras gratias agere de- bemus q; Augustinus Aler Carthaginensis: philosophus acutissimus cōtempo gētiliū cultu: ad verā christiāā reli- gionē diuino nutu tandē peruenit. Hōc resurrectionis tem- pus duplici leticia celebrādū est: christi scilicet victoria po- nito ac deletio inferoz imperio: et Augustini conuersiōe que christiani plurimū cōfert. Quis expugnauit animū: q; su- perauit: Non argumenta: nō vis aliqua verbor⁹: sed dei dñi tarat virtus et clementia. Hōne rhetor hic habebat? Hōne- tissimus: Hōne ei⁹ doctrina accinctus Mediolanū venit: ibi a cunctis ciuib⁹ honorifice suscept⁹ est: Ad qd tanta li- beraliū disciplinarū eruditio: tñ philosophię acumen: Ad qd illud acre ingeniu: illa dyalectica: ceteręq; artes sine pre- ceptore adepte: Ad hoc vt diuina potentia magis eluceat moralibus. Quo aristotelica institutio in disputadō simu- lationes: difficultates tēdebāt: versutie: pentiones et astu- tie: quibus maxime erat instructus: argumētāq; ptra sacra- rum literarū scripturas cū vna essem⁹ adducta: in quib⁹ di- uinū quandoq; implozabam⁹ auxiliū: Quo tanta in dicēdo hominis gratia: tanta in dicēdo copia atq; facundia: vt non temere eius dicta dissolui potuissē: Ad hoc vt fides chri- sti stabilet. Sepius me eum tentasse intelligis: quo inter- diffusiones nostras virtus diuina operaret. Optabā mirū in modū hōiem tāte doctrine illuminari: a quo summa gloria

et splendor: vt in merito christiane fidei oriri posset. Verum etiam Augustinus tanta interdum p̃tinacia et disputatiōis sue acrimonia ac vehemētia nos vigebar: vt inter supplica- tiones nostras: q; deus ab ei⁹ captiōibus nos auerteret ro- gare coacti sumus. Marris eius Monice precib⁹ et lachry- mis pene p̃tinuis nostrisq; orationib⁹ aliquā tēper adhere- re cepit: et predicationib⁹ nostris aliquādo interesse cupie- bar: in quibus fidei nostre sinceritatē omnib⁹ discipulis et omniū artū argumentis antecedere ostendebam⁹. Diuino tandē auxilio christi verā religionē amplexus est: vnde hu- manū genus et xpi fideles merito iubilate possunt. Vt utiq; Simpliciano nostro p̃bate sanctitat⁹ viro nō minores gra- tie agende sunt: a quo Augustinus de religioe beata feliciq; vita instruct⁹ est: a quo idē multa de christi fide: tū exempla tum miracula accepit: quib⁹ si qua heresis rubigine esset: pe- nitus animū abstergit: quibus a se omnis dubitatiōis timor procul ppulsus est. Quāti fratres charissimi lachrymis errorem confessus est suū: quāto luctu p̃uersiōis diuturni- tatē conquestus est: quib⁹ verbis et quo dolore se iam penitē- tiam dānauit. Dimidiā enī ferme vite sue partē inter gētili- um mores ac vanas disciplinas mūdanoq; errores consum- psit. Iubilate de tāta victoria: in qua Augustin⁹ tanq; dux cū cōmilitonibus suis Adeodato et Alipio socio captiuū no- strū sunt. Hec quidē captiuitas Augustinū beatū faciet: re- gnū dei parabit. Triumphare visus est Augustin⁹ illa pre- sertim hora in qua nouū hōiem sacro baptismate indutus in quo vna nobiscū diuino quodā instinctu: hymnū cantau- mus de christi fide. Et vberius vt instrueret: et a ceteris gē- tilium opinionib⁹ et erroribus remoueret: totū cognitionis animū intendit. Nouū in christi fide militē habem⁹ acerrī- mū contra gētiles hostem: contra hereticos inuicissimū im- peratorē. Nouum christianū: nouis vestimentis cuculla nī- gra induimus: cingulo ex corio nos ipsi precinximus: quod Simplicianus noster ingenti leticia donauit. Agamus gra- tias dño iesu xpo ingentes: qui religioni nostre talem acti- tum principem instituit. Gaudeam⁹ omnes in dño qui om- nia virtute sua cōtinet: et incōprehensibili maiestate vniuer- sa complectit. Gaudeāt angeli de Augustini tam celebri cō- uersione. Gaudeāt celi et vniuersa terra: benedicāt omnes diu: q; ad p̃ferendū hominib⁹ subsidū creauit et illumina- uit Augustinū: a quo tanq; religionis exordio christiani au- xilium caperent et suffragiū. A quo deniq; religionis consti- tutiones oriri poterūt. Hanc Augustini cōuersionē in futu- rum hōies diuini p̃sequuntur honoribus. Amen.

In Regulas diui Aurelij Augustini p̃fatio.

Alud mediocrē verba vim habēt ad monendū an- tū auditoris: dum ab eis nō dissonat vita docen- tis. Tunc enī firma est predicanis auctoritas: cū ea que dixerit: effectu opis cordi audientis affire- rit. Et illius vox doctoris audientū corda libentius pene- trat: quā dicētis vita cōmendat. Unde et vir iustus et dictus et factus in suis sermonib⁹ cōprobāt. Nam si fuerit exera- tus quidem in sermonibus et desidiosus in operib⁹: doctri- nam factus destruit et repellit. Docturus igit p̃uissq; verbū exhortationis insonet: omne quod locutus est operib⁹ cla- met. Benefacere itaq; prima doctrina est. Cessantib⁹ nāq; verbis: ipsum opus bonū docet homines dum videt. Dicit ergo facta anteponan: quoniā sine factis dicta nihil plunt. Unde et de iesu cunctoz doctoroz magistro scriptum est. **Actū. j.** cepit facere et docere. Ipse quoq; discipulos p̃dicaturos in- struens: dixit. Qui soluerit vnū de mandatis istis minimis **Matth. v.** et docuerit sic homines: minimus vocabit in regno celoz. Qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celoz. Grandis quippe cōdemnatio est cōponenti quidē ser- mones suos: vitā vero atq; opā negligent. Idcirco viri san- cti cū se ad predicanū parant: prius interius se virtutibus oriant: vt ad hoc qd loquēdo docēt: viuendo cōcordēt. Sic et egregius ille predicator Paulus se fecisse testat. Corpus inquit meū castigo et in seruitutē redigo: ne forte cū alijs p̃- **1. Cor. ix.** dicauerim: ipse reprobus efficiar. Sic quoq; magn⁹ ille do- ctor Augustin⁹ post ei⁹ conuersionē fecisse dinoscit. Qui rei- certum afferūt testimoniū edite ab eo regule: quas non solū alijs simul viuere spōdētib⁹ tradidit tenēdas: sed et ipse cū illis vigilanter ac strenue seruauit. Rectissime igit agi cen-

Regula. j. et. ij. diui Augustini.

sendum est: si huius sanctissimi patris saluberrimis sermonibus imprimendis: regule ei? pmittant: quatenus sic probatissima vita ei? cognita: sermonum ipsorum lector atque auditor vberiorum fructum percipiant: dum videlicet factis et operibus verba probari senserint.

Finis.

C Diui patris Aurelij Augustini: Regula prima tradita fratribus qui simul et comuniter secundum apostolicam traditionem viuere sponponderunt.

Ca. j.

Communi diffinitio de decreuitur apud vos quoniam postmodum ab illo poterit infringi. Residendum in monasterio in nomine domini nostri iesu christi: omni bus placuit secundum apostolicam traditionem vni sentiri in domino et comuniter possidere: sicut scriptum est: Vni sentite in domino. Et nemo quidem proprium vendit quicquid: sed quod sicut scriptum est in actibus apostolorum. Habentes omnia communia nemo quicquam esse suum dicebat: quod a nobis scriptum est. In domino ergo iure obseruationis nos teneamus: quoniam in lege scriptum est. Qui pleuerit usque ad finem: hic saluus erit. Si quis autem venire desiderat ad aggregationem fratrum qui in vno esse videntur: non ignoret euangelicum dictum quod dicit. Veni dat oia sua: et erogat egenis et pauperibus. Et iterum: Abneget semetipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me. Et ne tractet in corde suo de victu aut vestitu et ceteris que necessaria sunt corpori: Ipso domino promouente in euangelio et dicente. Nolite cogitare dicentes quid edetis aut quid vestiemini: hoc enim gentes cogitant. Sicut pater vester quod horum omnium indigetis. Querite primum regnum dei et iusticiam eius: et hec omnia apponent vobis. Querunt autem antequam statuatur esse in monasterio: probet propositum fratrum atque exemplum: ipse probetur in omni conseruatione ab illo qui prior est: et ceteris consentientibus: propter illud quod scriptura docet et admonet dicens. Amicum noli cito comprobare. Sed si congerit ut aliquis ex qualibet causa necessitatis a monasterio fuerit abstractus: ne vel mente concipiat fecit aliquid ferre de his omnibus que in monasterio fuerunt: siue etiam que secum aliquando attulerat: siue ea que cum fratribus acquisierat: quod certum est fratres nihil habere: possidere: dare: vel accipere debere sine superioris licentia. Quod si propinquus vel amicus vel quilibet fratrum aliquid offerre voluerit: primo quidem priori insinuet: et sic suscipiat si ipse madauerit: de quo tamen nihil fiat aliud nisi quod priori placuerit vel permiserit: quoniam valde verendum est ne sibi eueniat quod scriptum est: Cur murabitis in lingua incidit in mala. Et iterum vnum de fratribus secum puocet: ne magis destructor quam edificator monasterij videatur: propter id quod scriptum est: Qui non est mecum contra me est: et qui mecum non congregat dispergit. Et quicquid puocatus ab aliquo de monasterio voluerit abscedere: aut indicet propositum: cui vni de his que in comuni decreuimus nihil esse censet subtrahendum: quod scriptum est: Pacifici sint tibi multi: sed vnus ex mille sit tibi consiliarius. Igitur hec que scripta sunt cum summa diligentia obseruanda sunt a preposito usque ad omnes fratres. Et si quis ab aliquo doctrinam audiuerit preterquam in monasterio consecutus est ab eo cui se credidit: hanc autem suscipiat et eam non subtrahat doctori: quia scriptum est: Omne quod manifestat lux est. Si enim bona fuerit collaudanda est: Si vero praua reprobanda. De his autem fratribus qui in unitate consistunt si quis subito aduersus prepositum altercatus fuerit: non solum semel: sed secundo et tertio (ut euangelium docet) licet exorare. Si autem noluerit se emendare: ille cui iniuria irrogatus est post penitentiam vel secundam correctionem: qui non reuocauerit contumacem denunciet et illud preposito: ne paciturnitatem ille et frater suus periclitentur: sicut Salomō ait. Qui occultat inimicis inuicem dolū. Si vero (ut fieri solet) iussio repetita superuenerit aut hostilitas: ut impossibile sit fratribus in vnum fugam petere: propter insecutionem inimicorum: et postmodum deo fauente euaserint et potuerint peruenire ubi prepositum esse cognouerint: velut filij ad patrem festinare debebunt. Nec vllomodo poterunt separari quos diuina charitas sociauit: quia scriptum est: Perfecta dilectio foras mittit timorem. Si quis autem quod superius diximus causa necessitatis detinet id quod a monasterio secum portauit: necesse habebit ubi prepositus suus est illud perferre: quoniam poterit sibi retinere quod

per pactum ad omnes pertinet: et deo vtiq; est consecratum. Sed si cogitauerit de his aliquid retinere: contra dictum apostoli agere videbitur: qui ait. Memini quicquid debeatis: nisi ut inuicem diligatis vos. Omnia que in isto libro continentur: omnes fratres obseruent atque se subscribant quod boni esse desiderant. Clerum propter illos hec sunt cautae: id est scripta qui in omnibus stabiles esse noscuntur.

Rom. xlii. Ca. ix

Explicit prima regula sancti Augustini.

C Diui patris Aurelij Augustini Regula secunda: Confratres de modo ac tempore orandi: psallendi: legendi: operandi: viuendi: et conuersandi conuenienter instruens.

Ante omnia fratres charissimi diligat deus deinde de proximo. Qualiter autem oporteat nos orare vel psallere describimus: id est in matutinis dicant psalmi octuaginta octo cum debitis antiphonis: versibus et responsorijs. Ad primam et tertiam dicant sui psalmi: antiphona due: lectiones due. Simili modo ad sextam et nonam dicant sui psalmi cum debitis responsorijs et antiphonis. Hoc idem in vespertis et completorio seruet. Ad lucernarium autem psalmus vnus: responsorium vnum: antiphona tres: lectiones tres. Et tempore oportuno post lucernarium omnibus sedentibus legantur lectiones. Nocturne autem orationes mense nouembri: decembris: ianuario et februario: antiphona duodecim: psalmi sex: lectiones tres. Marcio: aprilis: septembris: octobris: antiphona decem: psalmi quinque: lectiones tres. Maio: iunio: iulio et augusto: antiphona octo: psalmi quattuor: lectiones due. Operentur a mane usque ad sextam: a sexta usque ad nonam vacent lectioni: et ad nonam reddant codices. Et postquam refecerint siue in orto siue vbi cūq; fuerint: faciāt opus usque ad horam lucernarii. Nemo sibi aliquid vendicat proprium siue in vestimento: siue in quacūq; re. Apostolica enim vita optamus viuere. Nemo cum murmure aliquid faciat: ut non simili iudicio murmurator pereat. Fideliter obediant: hi patre suum post deum honorant: preposito suo deferant sicut decet sanctos. Sedentes ad mensam taceant audientes lectionem. Si autem aliquid opus fuerit: prepositus eorum sollicitus sit. Sabbato et dominica sicut consuetudo est qui voluit vinum accipiant. Si opus fuerit ad aliquam necessitatem mitti: duo eant. Nemo extra monasterium sine precepto madauet neque bibat. Non enim hoc ad disciplinam pertinet monasterij. Si opera monasterij mutuantur fratres vendere: sollicite caueant ne quid faciant contra preceptum: scientes: quoniam exacerbant diuinum in sanctis suis. Si aliquid emanat ad necessitatem monasterij: sollicite et fideliter ut serui dei agant. Otiosum verbum apud illos non sit. Mane ad opera sua: sedent. post orationes tertie eant ad opera sua: non stantes fabulas conterant: nisi forte aliquid sit per utilitatem anime: Sedentes ad opera taceant: nisi ut necessitas operum exigeret ut loquatur quis. Si quis autem non omni virtute adiuvante misericordia dei hec conatus fuerit implere: sed contumaci animo desperet: semel atque iterum comonitus si non emendauerit: scias se subiace re discipline monasterij si cur oportet. Si autem talis fuerit et as ipsius: vapulabit. Hec autem in nomine christi fideliter et pie obseruantes et vos precietis et nobis non parua leticia erit de vestra salute. Hec sunt que obseruetis precipimus in monasterio constituti.

Ca. j.

Ca. ij.

Actu. ij. et. iij.

Ca. iij.

Ca. liij.

Ca. v.

Explicit secunda regula sancti Augustini.

C Diui patris Aurelij Augustini Regula tertia: In qua latius tradidit ea que ad comunem clericorum vitam pertinent: Que et a nonnullis inter sermones de communi vita clericorum enumeratur.

Ante omnia fratres charissimi diligat deus deinde de proximo: quia ista precepta sunt principaliter nobis data. Hec igitur sunt que ut obseruetis precipimus in monasterio constituti. Primum propter quod in vno estis congregati: ut vnanimes habitetis in domo: et sit vobis anima vna et cor vnum in deo. Et non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. Et distribuat vnicuique vestrum a preposito vestro victus et tegumentum: non equaliter omnibus: quod non equaliter valens omnes: sed potius vnicuique sicut opus fuerit. Sic enim legimus in actibus apostolorum: Quia erant illis omnia communia: et distribuenda: et

Mat. xlii.

Ca. j.

Actu. ij. et. iij.

Ca. ij.

Actu. ij. et. iij.

Actu. ij. et. iij.

Matth. x. Ca. ij. Mat. xix. Luce. ix.

Mat. vi.

Ca. liij.

Ca. liij.

Prover. xij.

Mat. xij.

Eccl. vi. Ca. v.

Ephe. v.

Ca. vj.

Matth. xxiij.

Ca. viij.

j. Jo. iij. Ca. viij.

Hec tota Regula ex his regulis collata est: et nonnullis non vniuersis deditur: et habetur in epistola 107. et sequens dicit non vniuersis deditur Augustini. Nec solum de his

- Ca. iij. tur vnicuique sicut cuius opus erat. Qui aliquid habebat in seculo: quando ingressi sunt monasterium libenter velint illud esse commune. Qui autem non habebant: non ea querant in monasterio: quoniam nec foris habere poterunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuas: etiam si paupertas eorum quando foris erat nec ipsa necessaria poterat inuenire. Tamen non ideo se putent esse felices quia inuenerunt victum et tegumentum: quia le foris inuenire non poterant: nec erigant ceruicem quia sociati sunt eis ad quos foris accedere non audebant: sed fursum cor habeant: et terrena vanam non querant: ne incipiant esse monasteria diuitibus vitia non pauperibus: si diuites illic humilia sunt et pauperes illic instant. Rursus etiam illi aliquid esse videbantur in seculo: non habebant fastidium fratres suos qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant non de parentum diuitum dignitate: sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollant si communi vite aliquid de suis facultatibus contulerunt: nec de suis diuitiis magis superbiat quia eas monasterio partiunt: quam si eis in seculo fruerent. Alia quippe quecumque iniquitas in malis operibus exercet: vtriusque: superbia vero etiam bonis operibus insidiat: ut pereant. Et quid prodest dispergere dando pauperibus et pauper fieri: cum animam iuxta superbia efficiatur diuitias contemnendo: quam fuerat possidendo? Omnes ergo vniamitter et concorditer viuunt: et honorate in vobis deum inuicem: cuius templum facitis. Quia: omnibus instat: honoris et temporibus constitutis. In oratione nemo aliquid agat nisi ad quod factum est: unde et nomen accepit: ut si forte aliqui oratorio. etiam praeter horas constitutas si eis vacat orare voluerint non eis sint impedimento qui ibi aliquid agendum purauerunt. Psalmis et hymnis cum oratis deum: hoc verset in corde quod profertur in voce. Et nolite cantare: nisi quod legistis esse cantandum. Quod autem non ita scriptum est: ut canatur: non cantetur. Carnem vestram domate ieiuniis et abstinentia: ecce: quantum valitudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare: non tamen extra horam blandi aliquid alimenter sumat nisi cum egrotat. Cum acceditis ad mensam donec inde surgatis: quod vobis de consuetudine legis sine tumultu et contentione audite: ne sole vobis fauces sumant cibum: sed et aures esuriant dei verbum. Qui infirmi sunt et pusillitas consuetudine si aliter tractantur in victum: non debet aliis molestus esse nec iniustus videri quos fecit aliqua consuetudo fortiores: nec illos feliciores putent quia sumunt quod non sumunt ipsi: sed sibi potius gratulentur: quia valent quod non valent illi. Et si eis qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium aliquid alimentorum: velimentorum: operum mentium datur: quod aliis fortioribus et ideo feliciores non debet cogitare debet quibus non datur quantum deus seculari vita illi ad istam descendere intus: quis vult ad aliorum qui sunt corporis: firmiores frugalitate peruenire nequiverint. Nec debent vel le omnes quod paucos vident amplius: non quia honoratur sed quia tolerant accipere: ne contingat de testanda peruersitas: ut in monasterio ubi quantum possunt sunt diuites laboriosi: sicut pauperes delicati. Sane quemadmodum egrotantes necesse habent minus accipere: ne grauentur: ita et post egritudine sic tractandi sunt ut citius recreentur: etiam si de humilissima seculi paupertate venerint: tamen hoc illis conule: ritrecentior egritudo: quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pusillitas reparauerint: redeant ad feliciores consuetudine sua: que famulos dei tanto amplius decet: quanto minus indigent: ne cibum eos teneat voluptas iam vegetatos: quos necessitas leuatur infirmos. Illos estiment diuitiores: qui in infirmitate paritate fuerint fortiores. Melius est enim minus egere: quam plus habere. Non sit notabilis habitus vestis nec affectus vestibus placere: sed moribus. Quando pceditis simul ambulare: cum veneritis quoniam simul staret. In incessu: statu: in omnibus moribus vestris nihil fiat quod cuiusque offendat aspectum: sed quod vestra deceat sanctitatem. Culi vestri et si iacunt in aliqua seminarum: figant in nulla. Neque enim quando pceditis feminas videre prohibemini: sed appetere aut ab ipsis appeti velle criminosis est. Nec solo tacto affectu: sed affectu quoque et aspectu appetit et appetit concupiscit a feminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos: si habeatis oculos impudicos: qui impudicus oculis impudici cordis est nuntius. Et cum se inuicem sibi:

met etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica: et secundum concupiscit carnalis alterutro delectatur amorem: etiam in sacris ab immunda violatio: corporibus fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet qui in feminam figit oculos et illius in se diligitur: ab alijs se non videri: cum hoc fecerit. Quid est omnino: et a quibus se videri non arbitrat. Sed ecce lateat: et a nemine hominum videat: quid facit de illo desuper inspectore: qui latere in se potest? An ideo putandus est non videre: quia tanto videt patientius: quanto sapientius? Illi ergo vir sanctus timeat displicere: ne velit femine male placere. Illum cogitet omnia videre: ne velit feminem male videre. Illius namque et in hac causa comedat: est timor: ubi scriptum est: Abominatio est domino deigenis oculum. Quando ergo simul estis in ecclesia: et vtriusque ubi femine sunt inuicem vestra pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in vobis: etiam illo modo custodiet vos et vobis. Et si hanc de qualoquo oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteris statim admonete: ne cepta pergreant: sed de proximo corrigantur. Si autem et post admonitionem iterum vel alio quocumque die id ipsum cum facere videritis: iam velut vulneratum sanandum prodat quicumque hoc potuerit inuenire. Prius tamen et alteri vel tertio demonstrandum: ut duorum vel trium possit ore convinci: et competentem severitate coerceri. Nec vos iudicatis esse maliuolos quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis: si fratres vestros quos indicatis corrigere potestis: tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vultus habet in corpore quod velis occultari cum timeat scari: non ne crudeliter abs te silere et miser corditer indicare? Quia ergo potius debes manifestare: ne deterius putescat in corde? Sed ante quam alijs demonstres per quos convincendus est si negauerit: prius perpositum debet ostendi si admonitus neglexerit corrigi: ne forte possit secretius correptus non innotescere ceteris. Si autem negauerit: tunc neganti adhibendum sunt alij: ut iam coram omnibus possit non ab innotescere argui sed a duobus vel tribus convinci. Conuictus vero secundum prepositum vel etiam presbyteri ad cuius dispensationem pertinet arbitrium: debet emendationi subire vindictam. Quia si ferrere: culauerit: etiam si ipse non abcesserit: de vestra societate pisciatur. Non enim hoc sit crudeliter sed misericorditer: ne corrigi de pestifera plurimos perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo: etiam in ceteris inueniendis: prohibendis: indicandis: convincendis: vindicandis: peccatis diligenter et fide liter obseruetur: cum dilectio hominum et odio vitiorum. Quicunque autem in transgressus fuerit malum: ut occulte ab aliquo litteras vel quodlibet munus accipiat: si hoc vitio confiteatur parcat illi et ore pro illo. Si autem deprehendit atque conuincitur: secundum arbitrium presbyteri vel prepositi grauius emendetur. Vestes vestras in vnu habeatis sub vno custode vel duobus vel quod sufficere potuerint ad eas excutiedas: ne a tinealedant. Et sicut pasceamini ex vno cellario: sic induamini ex vno vestiario. Si fieri potest non ad vos pincet quod vobis indumentum pro temporis congruitia proferat: vtrum hoc recipiat unusquisque quod deposuerat: an aliud quod alter habuerat: duz tamen vnicuique prout cuius opus est non negat. Si autem hunc inter vos contentiones et murmura oriuntur: cum queritur aliquis deterius se accepisse quam prius habuerat: et indignum se esse qui non ita vestiat sicut alius frater ei? vestiebat: hunc vos probate quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis qui per habitum corporis litigat. Tamen si vestra tolerat infirmitas ut hoc recipiat quod posueritis in vno tamen loco sub communibus custodibus habere quod ponitis. Ita sane ut nullus sibi aliquid operet: sed omnia opera vestra in vnu fiant: maiori studio et frequentiori alacritate quam si vobis singulis faceretis propria. Caritas enim de qua scriptum est: quod non querat que sua sunt: sic intelligat: quod communia proprijs non propria communibus anteponit. Et ideo quanto amplius rem comune quam propria vestra curaueritis: tanto vos amplius proficere noueritis: ut in omnibus quibus vult transire a necessitas: supereminet que permanet caritas. Consequens ergo est ut etiam qui suis filiis aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliqua contulerit vestem siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum: non occulte accipiat: sed sit in potestate prepositi: ut in rem comune redactum cui necessarium fuerit prebeat. Quod si aliquis rem sibi collatam

Ca. xlii.

Ca. xlii.

Matth. x. viij. v. q. v. nec vos iudicatis.

Ca. xlii.

Ca. xxv. xli. q. i. non dicatis

Ca. xxvi.

Ca. xxvij.

j. Cor. xlii.

Ca. xxviii.

Ca. xxix.

Regula tertia diui Augustini.

- Ca. xxx.** celauerit furti iudicio cōdemnet. Indumenta vestra fī ar
bitrium p̄positi lauent: siue a vobis: siue a fullonibus: ne
interiores anime sordes p̄trahat mūde vestis nimius appe
titus. Lauacrum etiā corpori cuius infirmitatis necessitas
cogit: minime deneget. Fiat sine murmure de cōsilio medi
cine: ita vt etiā si nolit iubente p̄posito faciat quod facien
dum est p̄ salute. Si autē velit et forte nō expedit: siue cupidi
tati nō obediāt. Aliquādo enī etiā si noceat: p̄desse credif
quod delectat. Deniq; si latens est dolor in corpore: famulo
dei dicenti quid sibi doleat: siue dubitandū credat. Sed tñ
vtruz sanādo illi dolori quod delectat expedit: si nō est cer
tum medicus consulat. Nec eant ad balnea siue quocūq; ire
necesse fuerit min⁹ q̄ duo vel tres. Et ille qui habet aliquo
eundi necessitatē cū quibus p̄positus iusserit ire debeat.
- Ca. xxxij.** Egrotantū cura: siue post egritudinē efficiendū: siue aliq̄
imbecillitate etiā siue febribus laborantū: vni alicui debet
iungū: vt ipse de cellario petat quod cuius opus esse p̄spe
cit.
- Ca. xxxiij.** Siue autē qui cellario: siue qui vestib⁹: siue qui codi
cibus p̄ponunt: siue murmurē seruiant fratrib⁹ suis. Co
dices certa hora singulis diebus petant: extra horā qui pe
titerit nō accipiet. Vestimenta vero et calciamenta qñ indigē
tibus fuerint necessaria: dare nō differāt sub quoy custodia
- Ca. xxxvi.** sunt que poscunt. Lites aut nullas habeat: aut q̄cellerrime
finitas: ne ira crescat in odiū et trabē faciat de festuca: et ani
mā faciat homicidā. Sic enī legitis. Qui odit fratrem suum
ca. xxxviij. homicida est. Quicūq; consilio vel maledicto vel etiā cri
minis obiectus alique lesit: meminerit satisfactionē quātori
us curare quod fecit: et ille qui lesus est sine disceptatiōe di
mittere. Si autē iniucē se leserint: iniucē sibi debita relara
re debent. p̄p̄ oratiōes vestras: quas vtiq; quāto crebri
ores habetis: tanto saniores habere debetis. Melior est asir
qui q̄uis ira sepe tenet: tñ impetrare festinat vt sibi dimit
tat cui se fecisse agnoscit iniuriā: q̄ qui tard⁹ irascitur: et ad
venitā petendā rardius inclinat. Qui aut nūq̄ vult petere
venitā: aut nō ex aīo petit: siue causa est in monasterio: etiā
si in de non p̄ficiat. Proinde vobis a verbis duriorib⁹ par
cite: que si emissa fuerint ex ore vestro: nō pigeat ex ipso ore
proferre medicamentā vñ facta sunt vulnera. Quando autē
ca. xl. necessitas discipline in moribus coercendis dicere vos ver
ba dura cōpellit: si etiā ipsi modū vos excessisse sentitis: nō
a vobis exigite vt a vobis subdit⁹ veniā postuletis: ne apud
eos quos oportet esse subiectos. dum nimis seruaf humili
tas: regendi frangat auctoritas. Sed tñ petenda est venia
ab omniū dño qui nouit etiā eos quos plus iusto forte corri
pit: quantā beniuolentia diligatis. Non aut carnalis: sed
ca. xli. spiritalis inter vos debet esse dilectio. P̄posito tanq̄ pa
tri obediāt: multo magis p̄sbytero qui omniū vestrū curā
gerit. Ut ergo cuncta ista seruēt: si quid seruatur minus
fuerit nō negligenter p̄tereant: sed vt emendandū corrigē
dumq; cures: ad p̄positū p̄cipue p̄nebit: vt ad p̄sby
terum cui⁹ est apud vos maior auctoritas referat quod mo
dū vel vires eius excedit. Ipse vero qui vobis p̄est: nō se
ca. xliij. existimet potestate domināte: sed charitate seruete felice
honore coram vobis p̄elatus sit vobis: timore coram deo
substratus sit pedib⁹ vestris. Circa oēs seipsum bonoy ope
- Ca. xli.** rum p̄beat exemplum: Corripiat inquietos: consolet pu
sillanimes: suscipiat infirmos. paties sit ad oēs. Disciplinā
libens habeat: metuendus imponat. Et q̄uis vtrūq; sit ne
cessariū: tñ plus a vobis amari appetat q̄ timeri: semp cogi
tans de oē p̄ vobis redditurū esse rationē. Unde vos ma
gis obediendo: nō solum vestri sed etiā ipsius miseremini:
qui inter vos quāto in loco superiore: tāto in periculo maio
re versat. Donet dñs vt obseruetis hec oīa tanq̄ spiritalis
pulcritudinis amatores: et bono xpi odore de bona cōuer
satione fragrantēs: nō sicut serui sub lege: sed sicut liberi sub
gratia cōstituti. Ut autē vos in hoc libello tanq̄ in speculo
possitis inspicere: ne per obliuionē aliqui d negligat: semel
in septimana vobis legat. Et vbi vos inueneritis ea q̄ scri
pta sunt faciētes: agite gratias dño bonoy omniū largitori
Vbi autē sibi qui cūq; vestrum vider aliquid deesse: dole
Matth. vj. at de p̄terito: caueat de futuro: orans vt et debitū dimittat
tur et in tentationem non inducatur. Amen.

Explicit tertia regula sancti Augustini.

**Forma scdm quam beatus Augustinus cō
munem societatem dedit eis qui suo fratrumq;
suoy consortijs coniungē optabant.**

Ques q̄uis p̄ gratiam baptismi fratres sim⁹ in
christo: et vñ patrē habeam⁹ in celo: si eius p̄
ceptis prout possumus obsequimur: p̄culdubio
tunc maxime vnimur: qñ orationib⁹ et beneficijs
inuicem nosmetipsos copulam⁹. Quēadmodū et in primiti
ua ecclesia: quib⁹ cor vñ erat et aīa vna. Quoy amore plu
res accensi mente: possessiones et facultates rerum venden
tes: congregatis cum matre christi iesu in vñ: p̄cia dese
rebant gaudentes. Sicq; iste nihilominus deo inspirate eo
rum exemplo cōmonitus: nostris op̄at coniungi consortijs
Accirco damus ei cōmunem societatem viuendi nobiscum
quantum a domino p̄mereri possum⁹ et nostrum est largi
ri: quaten⁹ cum electis a remuneratore omnium bonorum
valeat p̄mia repromissa percipere. P̄ter eundē christum
dominum nostrum: Amen.

Finis.

**Sermonū diui Aurelij Augustini Episcopi
ad fratres suos in heremo cōmorātes: quos dāq;
alios: cū summaria materiā suarum expositio
ne: breuis annotatio.**

E institutione regularis vite. Sermo primus.
De pace. sermo. ij.
De silentio. sermo. iij.
De prudentia. sermo. iij.
De obedientia ad sacerdotes suos. sermo. v.
De misericordia. sermo. vi.
De obedientia. sermo. vii.
De persecutia in bono inchoato. sermo. viij.
De ira fugienda. sermo. ix.
De puritate cōscientie: amore tribulationū: et spe qua per il
las ad celestia inuamur. sermo. x.
De lachrymis: cōpunctione: et penitentia. sermo. xj.
De superbia et humilitate. sermo. xij.
De fortitudine tenenda. sermo. xij.
De iustitia et correctione fraterna. sermo. xij.
De fide trinitatis a simplicib⁹ nō inuestigāda: Et septē do
nis spiritus sancti contra septem vitia. sermo. xv.
De inobedientia: negligentia: patētia: et castitate. ser. xvj.
De vigilatione et ociositate vitanda. sermo. xvij.
De inuidia cauenda. sermo. xvij.
De vigilia natiuitatis christi. sermo. xix.
De natiuitate domini. sermo. xx.
De triplici genere monachoy in egypto. sermo. xxj.
De cōsolatione fratru in heremo a quib⁹ sanct⁹ Augustin⁹
recessit: cū exhortatione ad orationē et lachrymas. xxij.
De ieiunio. sermo. xxij.
De exhortatione ad solitudinē exemplo sancti Hieronymi
Ac de ieiunio: et quid sit ieiuniū. sermo. xxij.
De ieiunio: et vbi fuit institutum. so. xxv.
De murmuratiōe: et detractiōe: et de penis dānādoz. xxvj.
De filio prodigo. sermo. xxvij.
In cena domini. sermo. xxvij.
De lingua dolosa. sermo. xxix.
De cōfessione peccatorū. sermo. xxx.
De fallacia mundi et eius detestatione. p̄pter tria p̄cipue
mala que in eo sunt. sermo. xxxj.
Ad leprosos vt patientiā teneant. sermo. xxxij.
De detestatione ebrietatis: cū terribilib⁹ casus enarratione.
Sermo. xxxij.
De duob⁹ generibus hoīm mundū derelinquētium: qui in
sancto loth et vxore sua designantur. sermo. xxxij.
Ad iudices vt caueāt ne odio: amore: p̄ccio: p̄cib⁹: vel ti
more corumpant: ceteraq; vitia declinent et iustitiam ser
uent. sermo. xxxv.
Ad p̄sbyteros suos malā vitā eorū rep̄bēdens. ser. xxxvj.
Ad sacerdotes se debeāt exhibere sicut dei ministros: et ca
uere ne dona sancti spirit⁹ vendere. p̄curent: Patiētiā

Annotatio sermonū ad fra. i heremo. Ber. j. Fo. iij.

quos et castitate seruare. Et de fornicationis detestatio
ne. sermo. xxxvii.
De sacre scripture ingētibz preconijis cū exhortatione ad
diligentē ipsius lectionem. sermo. xxxviii.
De vita solitaria et cōtemplatiua. sermo. xxxix.
De obseruantia clericorū. sermo. xl.
De obseruantia ieiunij quadragesimalis. sermo. xli.
De vita et moribus clericorū. sermo. xlii.
De modo querendi xp̄m in epiphania. sermo. xliii.
De pietate. charitate et suffragijs defunctorū. ser. xliiiij.
De penitētia agenda et detractiōe vitāda. sermo. xlv.
De angelis et hospitalitate. sermo. xlvi.
De rebenēti peccati sōdomitici detestatiōe. sermo. xlviij.
De cura anime. sermo. xlviii.
De miseria carnis et falsitate pñtis vite. sermo. xlix.
De salute anime. sermo. l.
Cōtra falsam securitatē et psalmo q̄dragesimono. ser. li.
De cōmuni vita clericorū et sui dispositione. sermo. lii.
Item de cōmuni vita clericorū et sui ordinatione. ser. liiij.
De tenenda obediētia cōtra superbiā. sermo. liiij.
De obitu Valentinī ep̄i Carthaginiensis. sermo. lv.
De cōmendatiōe diuināriū scripturaz cū exhortatiōe vt
diligenter legantur. sermo. lvi.
De diligētī instructiōe fratru q̄lter i hac vita debeāt agere
vt cū hinc migrauerit et caro in sepulcro deuorari cepit:
aia cum sanctis oibz letetur in celis. sermo. lvij
De vanitate mūdane glorie. sermo. lvij
De cōtemptu mūdi ad sacerdotes et clericos suos. sermo. lix
De perfectione chriſtianorum. sermo. lx
De obedientia. sermo. lxi
De timore dñi et auaricia vitanda. sermo. lxij
De die iudicij et penis inferni. sermo. lxiiij
De exhortatiōe ad sacerdotes vt doceāt quid populū chri-
stianū scire et obseruare oporteat. sermo. lxiiij
De exhortatiōe ad generalē hoim instructiōē pro deside-
rio vite celestis: et cōtemptu presentis. sermo. lxx.
De agenda penitentie. sermo. lxxi.
De fuga vanitatis et virtutū adeptiōe. sermo. lxxij.
Quomodo per virtutes obuiandū sit vitijis: Et de miseria
infernali. sermo. lxxiiij.
De exhortatiōe ad orādū: cum exemplo cuiusdā defuncti
in egypto: Et de miseria anime. sermo. lxxix.
De cōmendatiōe humilitatis. sermo. lxx.
De non tardando cōuerſi ad dñm. sermo. lxxxi.
De morte. sermo. lxxxi.
De illo qui iram diu in pectore retinet et non vult humiliā-
ri. sermo. lxxxiij.
De futura vita diligētē cogitanda. sermo. lxxxiij.
De uite. sermo. lxxv.
De cogitationibus. sermo. lxxvi.

¶ Finis Annotatiōis Sermonum.

¶ Annotatio quorūdā ex diuersis collectorū: q̄
ad gloriā diui Augustini preannōtis sermo-
nibus subiuncta sunt.

- i De vita: cōuersatione: ac morte sancte Monice ma-
tris beatī Augustini. Narratio.
- ij Relatio Calixti de cōuersiōe: perseverantia et q̄-
busdā dictis sancti Augustini.
- iiij Ex Sigeberto in epistola ad Macedoniū de ortu
cōuersiōe: et vita sancti Augustini.
- v De obitu atq; cōmendatiōe sancti Augustini.
- v Detrālatiōe corporis sancti Augustini de Sar-
dinia ad Papiam.
- vj Ex Antonino archiepiscopo Florentino de habi-
tu et cōuersatione sancti Augustini.
- vij Oratio de passiōe dñi nostri iesu ch̄risti: quā san-
ctus Augustinus fertur edidisse: pro qua dilige-
tius dicenda: Bonifacius octauus speciales in
dulgentias dedisse narratur.

¶ Finis.

¶ Sermones diui auctij Augustini ad fratres
suos in heremo cōmorātes: et quosdā alios: feli-
citer incipiunt.

¶ De institutione regularis vite. Sermo pm.
In quo premissa reformatione: beatus Augusti-
nus ante omnia dilectionē et proximi: vitā et pos-
sēssiōē p̄munē: probationē intrantis religionē:
volūtatis abnegationē: reditū ad heremū: p̄tem-
ptorum regule correctionem: quā sepe legēdam
esse instituit: et cetera.



Fratres mei et le-

titia cordis mei: corona mea et
gaudium meū qd̄ estis vos. Pax
vobis et charitas cū fide semper
inter vos adimpleatur. Quia me
putatis matrē esse aīaz vestray:
ideo desidero ita vos cōponere:
vt in vobis neq; macula neq; ru-
ga possit ante tribunal iusti iudi-

cis apparere. Animabz enī vestris non solū ornamenta: sed
etiā medicamenta desidero prouidere. Studeo enī dissuta
cōſuere: et cōcissa ſanare: vulnerata curare: abluere sordida:
reparare perditā: et ea que sunt integra: spiritalibus marga-
ritis ornare. Ego enī margaritas de paradisi patria vobis
donare cupiens: nullā mercedē in seculo opto recipere: nisi
q̄ que vobis insinuare intēdo: patietur audire et cū dei ad-
iutorio scdm vires operibus adimplere semper studeatis.
Sed ante omnia fratres charissimi: quos iterū parturio do-
nec reformet in vobis ch̄ristus: diligat deus: deinde primū
q̄ ista p̄cepta sunt principaliter nobis data. Et ideo fra-
tres dilectissimi: cōmorātibz nobis in heremo: in noīe dei
nostri placeat scdm apostolicā vitā vnū sentire: et oīa cōmu-
niter possidere: sicut scriptū est in actibus apostolorū. Quia
erant illis oīa p̄munia: et distribuēbātur vnicuiq; sicut cuiq;
opus erat. In hac autē vita permāneam: et nos ipsos in ipsa
deo auxiliāte fortiter teneamus: q̄ qui perseverauerit vsq;
in finē saluus erit. Si quis autē de seculo ad nostrā cōgrega-
tionem venire desiderat: primo p̄cepto vt p̄bet an volū-
tas ex deo sit. Nō enim debet esse violētā: nō coacta: nō mo-
bilis: sed sempiterna: virilis: cōstans: et omī sp̄i cha-
ritatis plena atq; perfecta. Tūc enim pponat ei quomodo
abneget volūtātē propriā: et sponte sequat me. Nec volo
q̄ cogitet amplius quid necesse ei fuerit. Sicut enī pater cele-
stis: quibz indigeamus. Queram? igit̄ primū regnū dei: et
hec oīa administrābūt nobis. In oratorio nemo aliquid
agat: nisi ad qd̄ factū est: vnde et nomen accepit. Oratiōibz
in finē saluus erit. Si quis autē circa missarum solēnia. A
fexta vero vsq; ad nonā oēs vacent lectionibz et pater noster
Ad nonā vero reddant codices: et scdm nature conditiones
sine tumultu reficiant: audietes verbū dei. Postq̄ autē re-
fecerint: siue in orto: siue in heremo: vbi cūq; necesse fue-
rit operent. Nihil enī dei seruis ocioſitate peius. Operentur
ergo in noīe dñi sacrū ordinem: nō habentes vsq; ad horam
lucernariā. Nemo tñ ex opere suo aliquid sibi appropriet.
Apostolica enī vita optamū viuere. Si quis autē cōtraſe-
rit: furti iudicio cōdemnet: et si correptus nō emendauerit:
de vestra ſocietate prouiciat. Non enī hoc sit crudeliter: sed
misericorditer: ne cōtagione pestiferā plures ex vobis per-
dat. Cū autē aliquid sit per vos: cauete ne cū murmure fiat:
ne murmuratores in cōspectu dei vocemini. Illū qui vobis
p̄ceſt: post deū omnes: sicut decet dei famulos honorare
Ipse vero qui p̄ceſt: sup omnia sollicitus sit de vestra salute:
de quibz debet reddere rationē. Dñica autem die qui volūt
vinū cū dei gratia bibant: sed qui antiqui sunt et debiles: vi-
num bibere cōpellātur: carnē tamen domātes quātū valitu-
do permittit. Quādo necesse est vt aliqui ad ſeculū vadant:
cauant ne vadant min⁹ q̄ duo vel tres. Et si oculi seruorū
dei iaciātur in aliquā ſemināz: cauete ne in illā figant. De
autē qui habitat in vobis et iaz isto modo custodiet vos ex
a iij

A.

Ephe. vi

Gal. iij.

Mat. xxi.

Actu. iij

Matth. x.

B

Mat. xvi.

Mat. vi.

xxiiij. dis.

i oratorio.

D

E